



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

1 Bona, praedia, & possessiones à quo tempore coeperit Ecclesia possidere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- ab ipsis sacerdotibus, qualiter distribui debeant.
- 22 Beneficiarius malè impendens beneficii redditus, peccat mortaliter, & an restituere teneatur.
- 23 Bona superflua ut judicentur, attenditur personarum qualitas.
- 24 Tandè major, & honestior est quilibet, quando melioribus præst.
- 25 Servitiorum multitudo reddit majorem dignitatem domini.
- 26 Nobilitas, & potentia considerantur in beneficiorum collationibus, item & scientia.
- 27 Doctores sunt multùm honorandi, & de eorum laudibus.
- 28 Beneficia non conferuntur ad voluptates explendas.
- 29 Acceptio personarum non est apud Deum.
- 30 Venatio, quomodo & quando sit clericis permessa.
- 31 Bona Ecclesia oblata in primitiva Ecclesia vendebantur, & de eorum pretio sustentabantur pauperes.
- 32 Bona Ecclesia oblata, quare nunc conservantur matricibus ecclesiis.
- 33 Clerici habentes patrimonium in primitiva Ecclesia non poterant quicquam percipere ab Ecclesia, quamvis illi inservirent, & quare, & cur nunc observetur contrarium.
- 34 Beneficiari, deductu impensis pro sustentatione necessariis, superflua in ecclesia usum, & instauracionem expendere tenentur.

Ecclesiastici viri altari inservientes, ut de altari vivere possint, capitulo cùm secundum. de præb. vir ille religiosissimus Constantinus Imperator, suscepto Baptismi Sacramento, datæque licentiâ per universum orbem, non solum suscipiendi baptismum, sed etiam fabricandi ecclesias, & post fabricam templi primæ Sedis beati Petri ab eo institutam, prædia, possessiones, adeoque immensa donaria Ecclesiæ donavit, ut eidem sedem imperialem relinqueret, & beato Petro, successoribusque suis spontè concederet, ut in cap. futuram, 12, quest. 1.

3) Donationem verò à Constantino ꝑ Ecclesiæ Romanæ fuisse factam validam, & irrevocabilem, probatur auctoritate text. in eodem cap. futuram, ibi, denique idem præfatus Princeps donaria immensa contulit, 12, quest. 1, cap.

Constantinus, 66, distinct. facit l. Divi Constantini, C. de nat. lib. in principio.

4) Et fuit expressè confirmata ꝑ Henricum Imperatorem, ut testatur Clemens Quintus in Concilio Generali Viennensi, ut in Clementina unica, §. porro præter, ubi probat etiam gloss. in verb. Constantinum, quod donatio valuit, & revocari non potest, de jurejurando, & ibi Abbas numero decimo-septimo. Bart. reprobando contrariam opinionem, glossa in authent. quomodo oport. episc. numero tertio, idem Bart. in præc. ff. de iur. num. 13 & 14. Bald. in præc. C. num. 7. & 8, ver. postea mutavit, Paulus de Cattr. in consilio 70, numero septimo, vers. & finaliter, volum. 1. Alexand. in consilio 67, numero octavo, vers. & pro hoc, volum. 1. f. cit. capituli. relatam, ibi, qui tunc ecclesiasticis patribus.